Anerio, Giovanni Francesco. Antiphonae seu sacrae cantiones quae in totius anni vesperarum ac completorii solemnitatibus decantari solent in tres partes distributae . . . prima pars. Roma, Giovanni Battista Robletti. 1613. RISM A1104

**Title:**

ANTIPHONÆ,
SEV SACRÆ CANTIONES,
QVÆ IN TOTIVS ANNI
VESPERARVM AC COMPLETORII
SOLEMNITATIBVS DECANTARI SOLENT;
IN TRES PARTES DISTRIBVTÆ;
*Quarū prima Natiuitatis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, & omniū Sanĉtorū*
*Secunda, Feſta mobilia, & Communia Sanĉtorum.*
*Tertia, Præcipua Mendicantium Religionum feŝta compleĉtitur.*
Binis, Ternis, & Quaternis vocibus concinendæ. Vna cùm Baſſo ad Organum.
*AVCTORE, IO: FRANCISCO ANERIO ROMANO.*
*In Eccleſia Sanĉtiſsimæ Virginis ad Montes Capellæ Magiſtro.*
PRIMA PARS.
[Escutcheon of dedicatee]
Romæ, Apud Io: Baptiſtam Robleĉtum. M. DC. XIII.

---

*Superiorum permiſſu.*

**Dedication:**

ILLVSTRISSIMO VIRO | PAVLO ALALEONI | BASILICÆ PRINCIPIS APOSTOLORVM | CANONICO, | SANCTISS. D. N. PAVLI QVINTI | CVBICVLARIO INTIMO. | Robertus Belandus Salutem, |

*CVM tibi nihil tam in amoribus quam virtus ſit PAVLE ALALEO Vir | Illuſtriſsime, mirum non eŝt, ſi quæ virtuti affinia ſunt pariter colas & dili-|gas. Cuiuſmodi profeĉto Muſice eſt Deorum inuentum ſuperŝtitioſis tem-|poribus credita, nunc vera vigente Religione, ſummi Dei ſacrorum mini-|ſtra. Hac enim Tu quidem deleĉtaris, quæ mentes ad ſuperna excitat, non | illa, quæ obſcenis, & illecebroſis cantiunculis corrumpit animos, & ad ima | deprimit. Itaque, vt in Palatinis ædibus quas inhabitas, vana ad te mo-|dulantes, & perſona quam geris indigna non admittis, ita in ſacris Templis arreĉta aure audis | Diuina piè & ſuauiter concinentes choros. Quod quidem nobiliſsimæ duæ Vrbis Baſilicæ Late-|ranenſis, & Vaticana de te teŝtari poſſunt. Nam, & in illa pridem Canonicatum grauiſſimo | Pauli Quinti Pontificis Maximi iudicio obtinuiſti, & eo abdicato, ab eodem Principe ampliora | meritis tuis præmia largiente, ad Vaticanum Templum traduĉtus es, in quo & Canonicali modo | dignitate præfulges: Vtrobiq; autem, cum in ceteris ad Dei honorem pertinentibus, clara pietas | tua ſemper extitit; tum illud quoque animaduerſum eŝt, cum Choro, Diuinisq; officiis adſis, cæle-|ŝtes laudes Muſica dulcedine decantatas, magnopere tibi voluptabiles & iucundas eſſe ſolere. | Hinc ob cauſam, & quia officioſiſſimum te virum, & erga omnes in quibus ſpecimen aliquod bo-|ni cerneres reĉte*

*animatum ſemper cognoui, incenſus ſum, vt primam partem ſacrarum Anti-|phonarum ad Veſperas & Completorium per ſtata totius Anni Feſta decurrentium, quas Ioānes | Franciſcus Anerius ſuauiſſimæ harmoniæ modis illigauit, tuo clariſſimo nomini dedicarē. Ingenij | quidem quo opus ipſum perfectum elaboratumq, eſt laus tota ad Auĉtorem pertinent, qui quantum | in Arte Muſica excellat, probè noſti. Mihi ex eo nil amplius vindico, niſi vt quando id eiuſdem | Auĉtoris liberalitas conceſſit, vt per me typis mandatum, in lucem prodeat, Tu quidem id | benignè accipias, extet autem apud homines, meæ in te ſingularis obſeruantiæ, & deuotiſſimæ | voluntatis argumentum. Vale feliciter; Ac in ſpem maiorum honorum quàm diutiſſimè viue | Romæ. Tertio Non. Septembris. M. DC. XIII. |*

**Index:**

[page 1]

Index Antiphonarum, & Cantionum quæ in prima
parte continentur.

[column 1]

*In Aduentu, & vigilia Natiuitatis Domini.*

ORetur ſicut ſol. a 2. Canti
Cum ortu fuerit a 2. baſſi.
Montes, & colles. a 2. tenori.
Hieruſalem. a 2. alti.

*In feſto S. Andreæ Apoſtoli. In primis, &*
*ſecundis Veſperis.*

Salue Crux. a quattro, 2. canti, & 2. alti.
Beatus Andreas, a 2. alto, & tenore.
Andreas Chriſti famulus, a 2. baſſi.
Maximilla, a 2. canti.

*In feſto S. Nicolai, vt in Comm. Conf. Pont.*
*vide in 2. parte.*

*In feſto S. Ambroſij, vt in Com. Conf. Pont.*
*vide in 2. parte.*

*In feſto Conceptionis B. Virginis, vt in Nati-*
*uitate eiuſdem mutato nomine Natiuitatis*
*in nomen Conceptionis à carte 50*

*In feſto S. Damaſi Papæ, vt in Com. Conf. Pōt.*
*vide in 2. parte*

*In feſto S. Luciæ  In primis, & ſecundis Veſperis.*

Orante ſanĉta Lucia, a 2.  Tenore, e canto.
Per te Lucia, a 2.  baritono, & baſſo.
Lucia virgo, a 2.  canto, & tenore.
Benedico te, a 2.  alto, & baſſo.

*In feŝto S. Tomæ Apoſtoli, vt in commune Apoſtolorum.  vide in 2. parte.*

*In Natiuitate Domini.  In primis, & ſe-cundis Veſperis.*

Tecum principium, a 2.  canto, & tenore.
Exortum eſt, a 2. baſſi.
Apud Dominum, a 2. alti.
Faĉta eſt cum Angelo, a 2.  canto, e ten.

[column 2]

*In feſto SS. Stephani, Ioannis, Innocentium. vt in die Natiuitatis.  à Carte. 9*

*In feŝto S. Thomæ Cantuarienſis, vt in Comm. mart. vide in 2. parte.*

*In feſto S. Silueſtri Papæ, vt in Comm. Conf. Pont. vide in 2. parte.*

*In Circumciſione Dominis.  In primis, & ſe-cundis Veſperis.*

O admirabile, a trè,  2. canti, & baſſo.
Quando natus, a 2 tenori.
Rubum, a 2. alti.
Germinauit, a 2. baſſi.

*In Epiphania Domini.  In primis, & ſecun-dis Veſperis.*

Omnes de Saba venient, a 2.  canto, & baſſo.
Venit lumen, a 2. alti

Stella iſta, a 2. canti.
Tria ſunt munera, a trè, due canti, & baſſo.

*In feſto S. Atnonii, vt in Commune Confeſ-*
*ſorum non Pontificum. vide in 2. par.*

*In Cathedra S. Petri, vt In Commune Confeſ-*
*ſorum Pontificum. vide in 2. parte.*

*In feŝto SS. Fabiani, & Sebaſtiani, , [sic] vt in*
*commune Martirum. vide in 2. parte.*

*In feſto S. Agnetis. In primis, & ſecundis*
*Veſperis.*

Stans beata Agnes, a 2. cāto, & tenore.
Annulo ſuo, a 2. alto, & Tenore.
Ecce quod concupiui, a due baſsi.
Ipſi ſum deſponiata, a due canti.
*In*

[page 2]

[column 1]

*In Conuerſione S. Pauli, vt in die Commemo-*
*rationis eiuſdem.*

*In feſto Purificatione B. Virginis. In primis*
*Veſperis. Vt in die Circumciſionis.*

*In ſecundis Veſperis.*

Simeon iuſtus, a 2. canto, & baſſo.
Reſponſum, a 2. canto, & tenore.
Accipiens, a 2. baſsi.
Cum inducerent, a 3. 2. canti, & baſſo.

*In feſto S. Agata. In primis, & ſecundis Veſp.*

Quis es tu, à 4. trè canti, & baſſo.
Medicinam à 3. Alti.
Agatha à 3. baſſi.
Domine Ieſu à 3. doi canti, e baſſo.

*In Cathedra S. Petri Antiochiæ vide in com-*
*mune Confeſs. Pont. in 2. par.*

*In feſto S. Matthiæ Apoſtoli, vide in commu-*
*ne Apoſtolorum, in 2. par.*

*In feſto Sanĉti Thomæ de Aquino vide in com. confeſs. non Pont. in 2. parte.*

*In feŝto S. Gregorij Papæ vide in com. Confeſſ. Pont. in 2. parte.*

*In feſto S. Joſeph vide in com. Confeſſ. nō Pont. in 2. parte.*

*In feŝto S. Benediĉti vide in com. Confeſs. non Pont. in 2. parte.*

*In Annunciatione B.V. in primis & ſecundis Veſperis.*

Mißus eſt, à doi canto, e Tenore.
Gaude, à doi alto, e tenore.
Quomodo, à 3. doi canti, e baſſo.
Gabriel, a 2. baſſi.

*In feſto S. Leonis Papæ vide in com. Confeſs. Pont. in 2. parte.*

*In feſto S. Marci, vide in comm. Euangeliſtarum tempore Paſchali*

*In feſto SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi.*

Domine oſtende, a 2. canti.

[column 2]

Tanto tempore, à 2. alti.
Non Turbetur, à 2. tenori.
Si manſeritis, à 2. canto, e baſſo.

*In feſto S. Athanaſij, vide in comm. Confeſs. Pont. in 2. parte.*

*In Inuentione S. Crucis, in primis, & ſecundis Veſperis.*

O magnum, à 2. canto, e baſſo.
Salua nos, à 2. alto, e tenore.
Ecce Crucem, à 2. canti.
Per lignum, à 2. canto, e tenore.

*In feſto S. Io. ante Portam Latinam, vide in comm. Apoſtolorum, tempore Paſchali.*

*In Apparitione S. Michaelis Archangeli, vide in feſto dedicationis eiuſdem die 29. Septembris.*

*In feſto S. Gregorij Nazianzeni, vide in com. Confeſs. Pont. in 2. par.*

*In feŝto S. Barnabæ Apoŝtoli, vide in comm. Apoŝtolorum, in 2. parte.*

*In feſto S. Baſilij, vide in comm. Confeſs. Pont. in 2. parte.*

*In Vigilia Natiuitatis S. Io. Baptiŝta in primis Veſperis.*

Ipſe præibit, à 2. canto, e tenore.
Ioannes, a doi baſſi.
In vtero, a doi alti.
Iſte puer, à doi canti.

*In ſecundis Veſperis.*

Eliſabet, à 2. canto, e tenore.
Innuebant, a doi Tenori.
Inter natos, à doi canti.
Tu puer, a doi baſſi.

*In feſto ss. Apoſtolorum Petri, & Pauli in primis Veſperis.*

Petrus, & Ioannes, à 2. canto, e tenore.
Argentum, & aurū, à 2. alto, e tenore.
Dixit Angelus, à 2. canti.
Iiii Si

[page 3]

[column 1]

Si diligis me, à 2. canto, e baſſo.

*In 2. Veſperis, vt in comm. Apoſtolorum.*

*In commemoratione S. Pauli Apoſtoli*
*in primis Veſperis.*

Ego Plantaui, à 2. canto, e tenore.
Libenter, à doi, alto, e baſſo.
Bonum certamen, a doi baſſi.
Ne magnitudo, à 3. doi canti, e baſſo.

*In 2. Veſperis, vt in comm. Apoŝtolorum.*

*In feſto Viſitationis B. V. in primis,*
*& ſecundis Veſperis.*

Exurgens, à doi canti.
Intrauit, à doi, alto, e tenore.
Vt audiuit, canto, e tenore.
Cum audiſſet, à doi baſſi.

*In feſto S. Bonauenturæ, vide in com. confeſſ.*
*Pont. in 2. parte.*

*In feſto S. Mariæ Magdalenæ, primis,*
*& ſecundis Veſperis.*

Dum eſſet Rex, à doi baſſi.
Leua eius, à doi tenori.
Nigra ſum, à doi alti.
Iam temꝑs, à 3. canti.

*In feſto S. Iacobi Apoſtoli, vide in com. Apo-*
*ſtolorum, in 2. parte.*

*In feſto S. Petri ad vincula in primis, &*
*ſecundis Veſperis.*

Hærodes, à 2. canti.
Petrus quidem, à 2. alti.
Dixit Angelus, à doi baſsi.
Miſit Dominus, à doi tenori.

*In feſto B. Marię ad Niues, vide in feŝto San-*
*ĉtæ Mariæ Magdalenæ.*

*In feŝto Transfigurationis Domini in primis*
*& ſecundis Veſperis.*

Aſſumpſit Ieſus, à doi canti, e baſſo.

[column 2]

Reſplenduit, à doi  canto, e tenore.
Et Ecce, à doi,  alto, e tenore.
Reſpondens,  à doi baſsi.

*In feſto S. Laurentij in primis, & ſecun-*
*dis Veſperis.*

Puer meus, a doi canti.
Leuita Laurētius, à tre  doi cāti, e baſſo.
Noli me derelinquere, à doi baſſi.
Beatus Laurentius, à 2. tenori.

*In Aſſumptione B. V. in primis, &*
*ſecundis Veſperis.*

Aſſumpta eſt, à 2. canto, e tenore.
Maria Virgo, a 2. alti.
In odorem, a 2. tenori.
Benedictâ filia, a 2.  canto, e tenore.

*In feſto S. Bernardi Abb. vide in com. Confeſs.*
*non Pontific. in 2. parte.*

*In feſto S. Bartholomæi Apoſtoli vide in com.*
*Apoſtolorum in 2. parte.*

*In Decollatione S. Io. Baptiſtæ in primis & ſe-*
*cundis Veſperis.*

Hærodes, a doi  canto, e tenore.
Domine mi Rex, a 2.  canto, e baſſo.
Puelle Saltanti, a 2.  canto, e tenore.
Arguebat, a 2. baſsi.

*In Natiuitate B. V. in primis, & ſecundi*
*Veſperis.*

Natiuitas Glorioſæ, a 2. canto, e baſſo.
Natiuitas eſt hodie, a 2. tenori.
Regali, a 2. baritono, e baſſo.
Corde, & animo, a doi alti.

*In feſto Exaltationis S. Crucis, vide vt in in-*
*uentione eiuſdem.*

*In feſto S. Matthæi Apoſtoli, vide vt in com. Apoſtolorum in 2. parte.*

*In*

[page 4]

[column 1]

*In Dedicatione S. Michaelis Archangeli in primis, & ſecundis Veſperis.*

Stetit Angelus, a 2. canto, e baſſo.
Dum præliaretur, à 2. alto, e tenore.
Archangele, a 2. canto, e tenore.
Factus eſt ſilentiū, a 2. canto, e tenore.

*In feſto S. Hieronymi, vide in com. Confeſſ. non Pontifi. in 2. parte.*

*In feſto S. Franciſci, & Stigmatum eiuſdem, in primis, & ſecundis Veſperis.*

Crucis vox, a 4. doi canti, 2. baſsi.
Crucis Verbum, a 2. alti.
Crucis arbor, a 2. tenori.
Salue Sancte Pater, a doi canto, e ten.

*In feſto S. Lucæ Euangeliſtæ, vide in com. Apoſtolorum, in 2. parte.*

*In feſto SS. Apoſtolorū Simonis, & Iudæ, vide vt in com. Apoſtolorum, in 2. parte.*

*In feſto omnium Sanctorum in primis & ſecundis Veſperis.*

Vidi turbam, a 2 canti.
Et omnes Angelis, a 2. alti.
Redemiſti, a 2 Tenori.
Abſterget Deus, a doi baſsi.

*In dedicatione Baſilicæ Saluatoris, vide in Commune dedicationis Eccleſiæ.*

[column 2]

*In feſto S. Martini Epiſcopi, in primis, &*
*ſecundis Veſperis.*

Dixerunt diſcipuli, a doi baſsi.
Sacerdos Dei Martinus, à 2. canto, e tenore.
O virum ineffabilem, a doi canti.
Oculis ac manibus, a doi, alto, e baſſo.

*In dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli,*
*vide in commune dedicationis Eccleſiæ,*
*in 2. parte.*

*In feſto Sanĉtæ Ceciliæ in primis, &*
*ſecundis Veſperis.*

Cantantibus Organis, a doi canti.
Dum aurora, a doi baſſi.
Eſt ſecretum a doi alti.
Virgo glorioſa, a 2. tenori.

*In feſto S. Clementis, in primis, & ſecundis Veſperis.*

Orāte S. Clemente, a doi cāto, e baſſo.
Non meis meritis, a 2 tenori.
Vidi ſupra, a doi, canto, & alto.
De ſub cuius pede, a doi baſsi.

*In feſto S. Catharinæ, in primis, & ſecundis*
*Veſperis, vide in Com. Virginum in 2. par.*

F I N I S.

**Contents:**

In Aduentu Domini

Orietur ſicut ſol Saluator mundi e deſcendet in Vterum virginis ſicut imber ſuper gramen. Alleluia. A 2. Canti
Cum ortus fuerit ſol de Cælo videbatis regem regum procedentem a patre tanquam ſponſum de thalamo ſuo. A due Baſſi
Montes & colles cantabunt coram Deo laudem & omnia ligna ſilvarum plaudent manibus quoniam veniret dominator dominus in regnum aeternum. A due Tenori
Ieruſalem gaude gaudio magno quia veniet tibi Saluator tuus haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. A due Alti

In feſto S. Andreæ. In primis, & ſecundis Veſperis.

Salue Crux præcioſa ſuſcipe diſcipulum eius qui pependit in te magiſter meus Chriſtus. a quattro, 2. canti, & 2. alti
Beatus Andreas orabat dicens Domine rex æternæ gloriæ ſuſcipe me pendentem in patibulo. A due, Alto, & Tenore
Andreas Chriſti famulus dignus Dei Apoſtolus germanus Petri & paſsione ſocius. A due Baſſi
Maximilla Chriſto amabilis tulit corpus Apoſtoli optimo loco cum aromathibus ſepeliuit. A due Canti

In feſto Sanĉtæ Luciæ

Orante ſanĉta Lucia apparuit ei beata Agata & conſolabatur ancillam Chriſti. A 2. Canto, & Tenore
Per te Lucia Virgo Ciuitas Siracuſana decorabitur a Domino Ieſu Chriſto. a 2. Baritono, & Baſſo
Lucia Virgo quid a me petis quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ. A due, Canto, e Tenore alla quarta
Benedico te Pater Domini mei Ieſu Chriſte quia per filium tuum ignis extinĉtus eſt a latere meo. A 2. Baſſo, & Alto alla quarta

In Natiuitate Domini

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanĉtorum ex utero ante luciferum genuite. Alla 4. à 2. Canto, & Tenore
Exortum eſt in tenebris lumen reĉtis corde miſericors & miſerator & iuſtus Dominus. A due Baſſi
Apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio. A due Alti
Faĉta eſt cum Angelo multitudo celeſtis excercitus laudantium Deum & dicentium Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Alla quarta. A 2. Canto, e Tenore

In Circuncifione Domini

O admirabilem commercium creator generis humani animatum corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt & procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem. A Tre, due Canti, & un Baſſo
Quando natus es ineffabiliter ex Virgine Tunc impletæ ſunt ſcripturæ ſicut pluuia in velus deſcendiſti vt ſaluum faceres genus humanum te laudamus Deus noſter. A due Tenori
Rubrum quem viderat Moyſes in combuſtum Conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem Dei genitrix intercede pro nobis. A due Alti
Germinauit radix Ieſſe Orta eſt Stella ex Iacob Virgo peperit Saluatorem Te laudamus Deus noſter. A due Baſſi

In Epiphania Domini

Omnes de ſaba venient aurum & thus deferentes & laudem Domino annunciantes. Alleluia. A due, Canto, & Baſſo
Venit lumen tuum hieruſalem & gloria domini ſuper te orta eſt & ambulabunt gentes in lumine tuo. Alleluia. A due Alti
Stella iſta ſicut flamma corruſcat & regem regum Deum demonſtrat Magi eam viderunt & magno regi munera obtulerunt. A due Canti
Tria ſunt munera præcioſa quæ obtulerunt Magi Domine in die iſta & habent in ſe diuina myſteria In auro vt oſtendatur regis potentia in thure Sacerdotem magnum conſidera. Alleluia. A 3. due Canti, e baſſo

In feſto S. Agnetis

Stans beata Agnes in medio flammæ expanſis manibus orabat ad dominum omnipotens adorandæ colendæ tremendæ benedico te & glorifico nomen tuum in æternum. A 2. Canto, e Tenore
Anulo ſuo ſubarrauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus & tanquam ſponſam decorauit me Corona. A due, Alto, e Tenore, Alla quarta
Ecce quod concupiui iam video quod ſperaui iam teneo Ipſi ſum iunĉta in Cælis quem in terris poſita tota deuotione dilexi. A due Baſſi
Ipſi ſe deſponſata Cui Angeli ſeruiunt Cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur ipſi ſoli ſeruo fidem Ipſi me tota deuotione committo. A 2 Canti

In Purificatione B. Mariæ Virginis. In primis Veſperis, vt in die Circunciſionis.
In ſecundis Veſperis.

Simeon iuſtus & timoratus expeĉtabat redemptionem Iſrael & Spiritus ſanĉtus erat in eo. A 2. Canto, e Baſſo
Reſponſum accepit Simeon A ſpiritus Sanĉto non viſurum ſe mortem niſi videret Chriſtum Domini. A 2. Canto, e Tenore ſonate come ſtà
Accipiens Simeon puerum in manibus gratias agens benedixit Deum. A due Baſſi
Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius in templum accepit eum Simeon in vlnas ſuas & benedixit Deum dicens Nunc dimittes ſeruum tuum in pace. A 3. due Canti, e Baſſo

In feſto S. Agathæ. In primis, & ſecundis Veſperis.

Quis es tu qui veniſti ad me curare vulnera mea nihil in me dubites filia Ipſe me miſit ad te & in nomine eius curata es. A 4. Trè Canti, & un Baſſo
Medicinam carnalem corpori meo nunquam exibui ſed habeo Dominum Ieſum Chriſtum qui ſolo ſermone reſtaurat univerſa. A 3. Alti
Agatha lætiſſime & glorianter ibat ad carcerem & quaſi ad æpulas inuitata agonem ſuum præcibus domino commendabat. A tre Baſſi
Domine Ieſu Chriſte magiſter bone gratias tibi ago quia memor es mei qui me carnificum tormenta ſuperare feciſti qui me per Apoſtolum tuum dignatus es ab omni plaga curare & mammillam meam meo peĉtore reſtituere. A 3. due Canti, e baſſo

In Annunciatione B. Virginis Mariæ. In primis, & ſecundis Veſperis.

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem deſponſatam Ioſeph & expaueſcit Virgo de lumine Ne timeas Maria Inueniſti gratiam apud Dominum Ecce concipies & paries Filium. A 2. Canto, e Tenore ſonate come ſtà
Gaude Maria Virgo cunĉtas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo quæ Gabrielis Archangeli diĉtis crediditi Dum virgo Deum & hominem genuiſti & poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. A 2. Alto, e Tenore
Quomodo fiet iſtud Angele Dei quoniam virum non cognoſco Audi Maria Virgo Spiritus ſanĉtus ſuperueniet in te & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. A 3. un baſſo, e due canti
Gabriel Angelus loquutus eſt Mariæ dicens Aue gratia plena Dominus tecum benediĉta tu in mulieribus & benediĉtus fruĉtus ventris tui. A due Baſſi

In feſto SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi

Domine oſtende nobis patrem & ſufficit nobis. alleluia. A 2 Canti
Tanto tempore vobiſcum ſum & non cognouiſtis me Philippe qui videt me & patrem meum. Alleluia. A due Alti
Non turbetur cor veſtrum neque formidet creditis in Deum & in me credite in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Alleluia. A due Tenori
Si manſuetis in me & verba mea in vobis manſerint quodcunque petieritis patrem in nomine meo fiat vobis. Alleluia. A due, Canto, & Baſſo

In inventione S. Crucis

O Magnum pietatis opus mors mortua tunc eſt in ligno quando mortua vita fuit. Alleluia. A due, Canto, e Baſſo
Salua nos Chriſte ſaluator per virtutem Crucis qui ſaluator Petrum in mare miſerere nobis. Alleluia. A 2. Alto, e Ten.
Ecce Crucem Domini fugite partes aduerſæ Vicit leo de tribu Iuda radix David. Alleluia. A due Canti
Per lignum ſerui faĉti ſumus & per ſanĉtam Crucem liberati ſumus fruĉtus arboris ſeduxit nos filius Dei redemit nos. Alleluia. A 2. Cant. e Ten. alla 4.

In Natiuitate Sanĉti Ioannis Baptiſtæ, in primis Veſperis.

Ipſe peribit ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ parare Domino plebem perfeĉtam. A 2. Canto, e Tenore
Ioannes eſt nomen eius Vinum & ſiceram non bibet & multi In nativitate eius gaudebunt. A due Baſſi
Ex vtero ſeneĉtutis & ſterili Ioannes natus eſt præcurſor Domini. A due Alti
Iſte puer magnus coram Domino nam & manus eius cum ipſo eſt. A due Canti

In ſecundis Veſperi.

Eliſabet Zachariæ magnum virum genuit Ioannem Baptiſtam præcurſorem Domini. A due, Canto, e Tenore Alla quarta
Innuebant patri eius quem vellet vocari eum & ſcripſit dicens Ioannes eſt nomen eius. A due Tenori
Inter natos muleirum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta & multi In natiuitate eius gaudebunt. A due Canti
Tu puer propheta altiſſimi vocaberis præibis ante Dominum parare vias eius. A due Baſſi

In feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. In primis Veſperis.

Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. A due, Canto, e Tenore. ſonate come ſtà
Argentum & aurum non eſt mihi quod autem habeo hoc tibido In nomine Ieſu Chriſti Nazareni Surge ſurge & ambula. A 2, Alto, e Tenore
Dixit Angelus ad Petrum Circunda tibi veſtimentum tuum & ſequere me. A due Canti
Si diligis me Simon Petre paſce oves meas Domine tu ſcis quia amo te & animam meam pono pro te. A due, Canto, e Baſſo

In Secundis Veſperis, vt in Commune Apoſtolorum.

In Commemoratione S. Pauli Apoſtoli. In primis Veſperis.

Ego plantaui Appollo rigauit Deus autem Incrementum dedit. A due, Canto, e Tenore. Alla quarta
Libenter gloriabor In infirmitatibus meis vt in habitet in me virtus Chriſti. A 2. Alto, e Baſſo
Bonum certamen certaui Curſum conſumaui fidem ſeruaui In reliquo repoſita eſt mihi Corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in die illa iuſtus iudex. A due Baſſi
Ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, qui me colaphizet propter quod ter dominum rogaui vt auferetur a me & dixit mihi Dominus ſufficit tibi Paule gratia mea. A 3. due Canti, & baſſo

In ſecundis Veſperis, vt in Commune Apoſtolorum.

In Viſitatione B. Virginis. In primis, & ſecundis Veſperis.

Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda. A due Canti
Intrauit Maria In domum Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. A due. alto, e tenore. Alla quarta
Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth Exultauit infans in vtero eius & repleta eſt Spiritu ſancto. Alleluia. A due, Canto, & Tenore, ſonate come ſtà
Cum audiſſet ſalutationem Mariæ Eliſabeth exclamauit voce magna dicens Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me. Alleluia. A due Baſſi

In feſto S. Mariæ Magdalenæ.  In primis, & ſecundis Veſperis.

Dum eſſet Rex In accubitu ſuo Nardus mea dedit odorem ſuauitatis.  A due Baſſi
Læva eius ſub capite meo & dextera illius amplexabitur me.   A due Tenori
Nigra ſum ſed formoſa filiæ hieruſalem Ideo dilexit me rex & introduxit me in cubiculum ſuum.   A due Alti
Iam hyems tranſiit imber abiit & receſſit ſurge amica mea & veni.  Alleluia.   à tre canti

In feſto S. Petri ad vincula.  In primis, & ſecundis Veſperis.

Herodes Rex appoſuit vt apprehenderet & Petrum quem cum apprehendiſſet miſit in carcerem volens poſt paſcha producere eum populo.   A due Canti
Petrus quidem ſeruabatur in carcere Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.  A due Alti
Dixit Angelus ad Petrum Circunda tibi veſtimentum tuum & ſequere me.   A due Baſſi
Miſit Dominus Angelum ſuum & liberauit me de manu Herodis & de omni expeĉtatione plebis Iudeorum.   A due Tenori

In feſto Transfiguratione Domini.  In primis, & ſecundis Veſperis.

Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius & dixit eos in montes excellum ſeorſum & transfiguratus eſt ante eos.   A 2.  Canto, e Baſſo
Reſplenduit facies eius ſicut Sol veſtimenta autem eius faĉta ſunt alba ſicut nix.  Alleluia.   A 2.  Canto, o Ten. ſonate come ſtà
Et ecce apparuerunt eis Moyſes & Elias loquentes cum Ieſu.   A due, Alto, e Tenore
Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum Domine bonum eſt nos hic eſſe faciamus hic tria tabernacula tibi vnum & Heliæ & Moyſi vnum.  Alleluia.    A due Baſſi

In feſto S. Laurentij.  In primis, & ſecundis Veſperis.

Puer meus noli timere quia ego tecum ſum dicit Dominus ſi tranſieris per ignem flamma non nocebit tibi & odor ignis non erit in te.   A due Canti
Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt Qui per ſignum Crucis Cæcos illuminauit Et theſauros Eccleſiæ dedit pauperibus.   A 3.  2. Canti, e baſſo   Alla quarta
Noli me derelinquere pater ſanĉte quia theſauros tuos iam expenda Non nego te defero fili neque derelinquo ſed maiora tibi debentur pro fide certamina nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus Te autem quaſi iuuenem manet glorioſior de tiranno triumphus poſt triduum me ſequeris ſacerdotem leuita.   A due Baſsi
Beatus Laurentius clamabat & dixit & illi ſoli ſeruio Deum meum colo & Ideo non timeo tormenta tua.  A due Tenori

In Aſſumptione B. Virginis.  In primis, & ſecundis Veſperis.

Aſſumpta eſt Maria in Cælum gaudent Angeli Laudantes benedicunt Dominum.  Alleluia.   A due, Canto, e Tenore  Alla quarta
Maria virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum In quo rex regum ſtellato ſedet ſolio.   Alleluia.  A due Alti

In odorem vnguentorum tuorum currimus adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. A due Tenori
Benedîcta filia tua domino quia per te frûctum vitæ communicauimus. A 2. Canto, e Tenore

In Decollatione S. Ioannis Baptiſtæ. In primis, & ſecundis Veſperis.

Herodes enim tenuit & ligauit Ioannem & poſuit in carcerem propter herodiadem. à 2. Canto, e Tenore. ſonate come ſtà
Domine mi Rex da mihi in deſco caput Ioannis Baptiſtæ & contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum. A 2. Canto, e Baſſo
Puellæ ſaltanti Imperauit mater nihil aliud petas niſi caput Ioannis Baptiſtæ. A 2. Canto, e Tenore. Alla quarta
Arguebat Herodem Ioannes propter herodiadem quam tulerat fratri ſuo Philippo vxorem. A due Baſſi

In Natiuitate B. Virginis. In primis, & ſecundis Veſperis.

Natiuitas glorioſæ Virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ orta de tribu Iuda clara ex ſtirpe Dauid. A due, Canto, e Baſſo
Natiuitas eſt hodie ſanĉte Mariæ Virginis Cuius vita Inclyta cunĉtas illuſtrat Eccleſias. A due Tenori
Regali ex progenie Maria exorta refulget Cuius præcibus nos adiuuari mente & ſpiritu deuotiſsime poſcimus. A due, Baritono, e Baſſo
Corde & animo Chriſto canamus gloriam In hac ſacra ſolemnitate præcelſæ genetricis Dei Mariæ. A due Alti

In Dedicatione S. Michaelis Archangeli. In primis, & ſecundis Veſperis.

Stetit Angelus iuxta aram templi habens turribulum aureum in manu ſua & data ſunt ei incenſa multa & aſcendit ſumus aromatum de manu Angeli In conſpeĉtu Domini. A 2. Canto, e Baſſo
Dum præliaretur Michael Archangelus cum Dracone audita eſt vox dicentium ſalus Deo noſtro. Alleluia. a 2. Alto, e Tenore
Archangele Michael conſtituite Principem ſuper omnes animas ſuſcipiendas. A due, Canto, e Tenore. Alla quarta
Faĉtum eſt ſilentium in Cœlo dum draco committeret bellum & Michael pugnauit cum eo & fecit viĉtoriam alleluia. A due, Canto, e Tenore. Alla quarta

In feſto S. Franciſci, & Stigmatus eiuſdem, in primis & ſecundis Veſperis.

Crucis vox hunc alloquitur ter dicens tu te præpara Vade Franciſcæ repara domum meam quæ labitur. A quattro, due Canti, & due Baſſi
Crucis verbum proponitur fratribus per Antonium & Franciſcus ad Oſtium In Crucis modum cernitur. A due Alti
Crucis arbor eximia Per os Franciſci ſurgere apparens cogit fugere draconem & dæmonia. A due Tenori

Salue ſanĉte pater patriæ lux forma minorum virtutis ſpeculum reĉti via Carnis ab exilio duc nos ad regna polorum. A due, Canto, e Tenore ſonate come ſtà

In feſto Omnium Sanĉtorum. In primis, & ſecundis Veſperis.

Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante thronum. A due Canti
Et omnes Angeli ſtabant In circuitu throni et ceciderunt in facies ſuas & adorauerunt Deum. A due Alti
Redimiſti nos Domine Deus In ſanguine tuo ex omni lingua & tribu & populo & natione & feciſti nos Deo noſtro regnum. A due Tenori
Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanĉtorum & iam non erit amplius neque luĉtus neque clamor ſed nec vllus dolor Quoniam priora tranſierunt. A 2 Baſſi

In feſto S. Martini. In primis, & ſecundis Veſperis.

Dixerunt Diſcipuli ad Beatum Martinum Cui nos pater deſeris aut Cui nos deſolatos relinquis Invadent enim gregem tuum Lupi rapaces. A due Baſſi
Sacerdos Dei Martinus Paſtor egregius gemma ſacerdotum Abrahæ ſinu lætus excipitur Cælum diues ingreditur Hymnis cæleſtibus honoratur. A 2. Cant. e Ten.
O virum ineffabilem nec labore viĉtum nec morte vincendum qui nec mori timuit nec viuere recuſauit. A due Canti
Oculis ac manibus In cælum ſemper intentus Inuiĉtum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Alleluia. A due. Alto, e Baſſo

In feſto S. Ceciliæ. In primis, & ſecundis Veſperis.

Cantantibus Organis Cecilia virgo ſoli Domino decantabat dicens fiat cor meum & corpus meum immaculatum vt non confundar. A due Soprani
Dum aurora finem daret Cecilia exclamabat dicens Eia Eia milites Chriſti abiicite opera tenebrarum & induimini arma lucis. A 2. Baſſi
Eſt ſecretum Valeria ne quod tibi volo dicere Angelum Domini habeo amatorem qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. A 2 Alti
Virgo glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat in peĉtore ſuo & non diebus neq; noĉtibus a colloquiis diuinis & oratione ceſſabat. A due Tenori

In feſto S. Clementis. In primis & ſecundis Veſperis.

Orante ſanĉto Clemente apparuit ei agnus Dei. A due, Canto, e Baſſo
Non meis meritis ad vos me miſit Dominus veſtris Coronis participem me fieri. A due Tenori
Vidi ſupra montem agnum ſtantem de ſub cuius pede fons viuus emanat. a doi, canto, & alto
De ſub cuius pede fons viuus emanat fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. A 2 Baſſi

**Part-books:**

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| CANTVS. | A-N$^4$, M$^2$ | 108pp. | Dedication. | Index. |
| TENOR. | Aa-Nn$^4$, Mm$^2$ | 108pp. | Dedication. | Index. |
| ALTVS. | AAA-BBB$^4$ | 16pp. | Dedication. | Index. |
| BASSVS AD ORGANVM. | Aaaa-Hhhh$^4$, Iiii$^2$ | 68pp. | Dedication. | Index. |

**Remarks:**

Quarto format. I-Bc copy of Tenor part-book has "CANTVS" printed on title page, which is hand-corrected to "TENOR." **I**-Rsc copy has "TENOR" correctly printed on title page. Pages 3-6 of Tenor of this copy has pages 3-4 and 5-6 reversed. Copies consulted: **I**-Bc (microfilm), Rsc. RISM A1104.